exempla ꝛ doctrine ſalubres· que per anni circulū ī ec
cleſiis predicant̄ piis hominibus in comſolationem
pro ſe· ꝛ auaris in teſtimonium contra ſe· Sunt prete
rea opera mīe ſpūalia que etiā fideles laici libēter ꝓ
ſuo modulo proximo debent ſubminiſtrare· Et ſunt
hec· Docere ꝛ conſulere indocto· Caſtigare peccanteꝫ
uel increpare· ſiue emendare aut corrigere delinquētē
Conſolari triſtem· Remittere offenſam· Ferre auxiliū
aut patienter ſuſtinere importunium· ſiue contumelio
ſum ne peior fiat ex reſponſione· Orare pro aliis in/
differenter· Sed ad hoc maxime prelati ſunt aſtricti
plus q̄ ſimplices q̄uis etiā ꝓ loco ꝛ tpe ſuo mō ad
hoc ſubditi teneant̄· ſtudeāt ergo quicunqꝫ fideles ru
ſtici pro uiribus mīe operibus inſudare· ut ꝛ ipi miſe
ricordiā hic in eternum ꝯſequi mereant̄ a largo dn̄o·
qui dat omnibus affluenter ꝛ non improperat· Cui
laus eſt ꝛ gratiarumactio debet̄ per omnia ſecula ſe
culorum Amen·

Nono debet quilibet fidelis ꝛ timoratus ruſtic⁹
quantum in ſe eſt cum omnibus hominibus ꝛ p̄
cipue cum uicinis ꝛ contribulibus ſuis pacem ſeruare
Hoc ē quod monet Apoſtolus ad hebreos· xii· dicēs
Pacem ſectamini cum omnibus ꝛ ſanctimonia ſine q̄
nemo uidebit deum· Et dominus in euangelio māda
uit diſcipulis ſuis de pace dicens· In quamcunqꝫ do
mum intraueritis primum dicite pax huic domui Et
ſi ibi fuerīt filii pacis requieſcet ſup eā pax ueſtra ſin
autem nō ad uos reuertetur· Item ut breuiter domi
nus eam nobis commendaret ait· Beati pacifici quo/
niam filii dei uocabuntur. Ubi a contrario ſenſu ex/

poſitores dicunt ꝙ merito filii dyaboli uocant᷑ qui
pacem turbare non uerent᷑· Hic eſt diligenter aduer/
tendum ꝙ iſta pax ſancta non poteſt ſeruari niſi īter
homines bone uoluntatis qui deum timent ⁊ iuſtici/
am diligunt· Et ergo auiſandi ſunt boni ⁊ pii laici ꝙ
pacem peccatorum fugere debent ⁊ nequaq̄ ipſis cō
ſentire quando ad malum trahere uolunt· Quin poti
us eorum inſultum patiēter tollerare anteq̄ a uia dei
propter eorum iniquam pacem recedant· Et breuiter
dicendum ē cuilibet xp̄iano· ⁊ precipue ruſticano po
pulo illud ſaluatoris· In mundo preſſuram habebi
tis· Reſtat ergo vt ſic ſe inſtituat timoratus ruſticus·
quatenus hec duo ſtudioſe obſeruet· videlicet ꝙ om
nibus iuſticiam ſeruet ⁊ eaꝫ ſibi fieri a nullo expectet
⁊ ꝙ omnibus pacem procuret· ⁊ a ſingulis perſecutio
nem ⁊ contumeliam recipere ſit paratus Qꝫ ſi aliter ſi
bi euenerit hoc quaſi pro miraculo habeat· Dicatq́ʒ a
nime ſue illud conſolatorium uerbum beati Pauli A
poſtoli· Nos ſcimus quoniam in hoc poſiti ſumus·
Quia omnes qui in xp̄o pie uiuere uolunt perſecutio
nem patientur· Nec mirum quia ueri xp̄iani ſunt hic
peregrini ⁊ in regione hoſtiū xp̄i· Nam totus hic mū
dus coniurauit contra criſtum ut beatus Bernardus
dicit· ſed pius dominus non relinquit ſperantes ī ſe·
Quando ergo iſta pax temporalis turbatur ſiue in/
ter principes ſiue amicos aut uicinos non dꝫ ex hoc
nimis dolere· aut puſillo animo fieri bonus criſtia/
nꝰ dummodo ipſe non fuerit in cauſa· ſed ad pacem
ſanctorum ſe conuertere· quam reliquit xp̄us diſcipu
lis ſuis· Hec pax ſancta eſt ꝙ homo bene ſtet cū deo

ſuo· ⁊ ꝙ per omnia ſit de hoc contentus· an uelit eum eſſe pauperem aut diuitem· ſanum aut egrotū· honorabilem aut deſpectum· fortunatum aut infauſtum· ⁊ ſic de aliis· Et quodcunqꝫ euenerit ſibi libenter accipiat ⁊ gratias agat· Pax autē mundi ordinat᷑ ad quietam fruitionem bonorum temporalium· ⁊ eſt nihilominus donum dei· ⁊ communiter eam tam electi ꝗ̄ reprobi deſiderant· Sed quia frequenter eam cōcomitat᷑ multiplicatio uiciorum· ideo eſt ſimplici populo multum periculoſa· immo ⁊ ſanctis hominibus· Qꝫ ſit populo ruſticano periculoſa patet per illud Deutro· xxxii· Conſtituit (ſcꝫ populū iſrabel qui ad litteram ruſticanus erat) eū ſuper excelſam terram ut cōederet fructus agrorum· ut ſugeret mel de petra· oleū de ſaxo duriſſimo· butirum de armento· ⁊ lac de ouibus cum adipe agnorum ⁊ arietum· ⁊ hyrcos cū medulla tritici· ⁊ ſanguinem uue biberēt meraciſſimum Incraſſatus eſt dilectus ⁊ recalcitrauit· incraſſatꝰ impinguatus dilatatus· Dereliquit deum factorem ſuū ⁊ receſcit a deo ſalutari ſuo· Et de ſodomitis dicitur Ezechielis decimoſexto· Hec fuit iniquitas ſodome ſaturitas panis ⁊ abundantia ⁊ ocium ipſius· Hic dominus ſup iheruſalē fleuit dicēs· quia ſi cognouiſſes ⁊ tu fleres· Nam ea que ſunt ad pacem tibi nunc ſubaudi ſunt tibi ſumme pernitioſa in futurum ꝗ̄uis id ignores· Ex his ⁊ aliis ſanis doctrinis ⁊ experiētia quotidiana exiuit illud notabile prouerbium· ꝙ ruſtica gens ē optima flens ſꝫ peſſima gaudens· Legit᷑ in uita ſancti Ambro· ꝙ cū quadam nocte apud quēdā ditiſſimū ruſticū hoſpitaret᷑· ⁊ ab eo audiſſꝫ ꝗ̄ fe

lix ſtatus eius ſemper fuiſſet· ⁊ ꝙ nihil triſte unq̄ʒ ſi/
bi accidiſſet ait uir ſanctꝰ ad ſuos· Surgite ⁊ hinc ve
locius fugiamus· quia dominꝰ non eſt in loco iſto·
Mox illo egreſſo terra ſe apperuit ⁊ hominē illū cuʒ
tota ſubſtantia ſua abſorbuit Similia multa de aliis
legunt᷑· Reſtat ergo ſimpliciter fateri· ꝙ magna ē mi/
ſericordia dei· ꝙ hec temporalis pax aliquando tur
bat᷑ ne propter huiuſmodi carnalem petulantiā ho/
mines beſtiis ſimiles efficerent᷑· ⁊ per ꝯſequens nunq̄ʒ
ad angelicam dignitatem proficere cuperent ad quod
facti ſunt· De illa autem pace domeſtica quam inter
ſe ruſtici ſeruare debent· immo ⁊ xp̄iani vniuerſi dicit
Apoſtolus· Solliciti ſeruare unitatem ſpū̄s in uincu/
lo pacis Vbi dicit Caſſio· Nec inueniri poteſt forma
expreſſior conuerſationis angelice q̄ʒ unitas ſocialis·
Hinc pſalmiſta ait· Ecce q̄ʒ bonum ⁊ q̄ʒ iocunduʒ ha
bitare fratres in vnum· Vbi dicit beatus Auguſtinus
ꝙ ſunt aliqua bona que non ſunt iocunda ſicut ieiu/
nare laborare ⁊ ſimilia· ſunt etiam aliqua iocunda q́
non ſunt bona ſicut deliciari ſolari ⁊ ſimilia· Sed ha
bitare fratres in vnum pariter eſt bonum ⁊ iocundū·
Ad hanc pacem requiritur ſollicitudo magna ⁊ dili/
gens cuſtodia· neqʒ tantum bonum gratis uenit aut ꝑ
ſeuerare ſolet niſi cum ingenti ſtudio. etiam inter illos
qui probate uite eſſe uidentur· ꝙ ſi quandoqʒ ex par/
te interruptum fuerit citus debet ad pacem fieri recur
ſus eius ſi tardior mora īteruenerit· diuina preſentia
a noſtris moribus ſe ſubtrahat· Ait enim beatꝰ Ihe/
ronimus ad ruſticum monachum tractans illud pſal
miſte Declina a malo ⁊ fac bonū inquire paceʒ ⁊ per

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſequere eam. Pax querenda eſt ut bella fugiamus nec
ſufficit eam querere niſi inuentam fugientemq; omni ſtu
dio perſequamur. quia in pace habitat deus. Rem re/
fero breuem verbo. ſed grauidam ſacramēto pro do/
meſtica pace conſeruanda. Mulier quedam in anglia
fuit bene fidelis ac uirtutibus plena ꝛ precipue hoſ/
pitalitati ſupra uiros intenta. hec propter longum v
ſum bonoꝝ opeꝝ ſcā ut uere fuit reputabatᷣ. ueꝝ in
vno deficiebat. quia malos ꝛ iniurioſos homines ſibi
uicinos qui eā crebro ꝛ indigne moleſtabāt. nō oīno
equanimiter tollerabat. quinimo ꝛ aliqñ minꝰ patien
ter eis reſpondebat. Igitᷣ pꝰ aliqđ tempꝰ cū iā diu de
functa fuerat quidam uir ſanctꝰ eā in penis purgato
rii uidens mirabatᷣ ꝙ tāte fame femina adhuc illic de
tineretᷣ que nihilominus grauiter ꝓ ſua impatientia
quam admiſerat flere ꝛ penitere ſolebat. Cui dominꝰ
uiſionem exponens reſpondit. Ego ſteti coram Py/
lato ꝛ pro hominum peccatis ſatiſfaciendo ſilui ad
contumelias illatas non pro peccatis meis. Hec autē
quia me in hoc imitari neglexit. ideo nunc iuſtum ē ut
magna acerbitate purgetᷣ. ne aliquod malum maneat
impunitum. Ecce cariſſimi bonā doctrinam. quomo/
do ſcꝫ turbationis tempore patiētes eſſe debemus. et
mutue paci prouidere. Et quāuis iuſte inuadimur ta/
men ex hoc non datᷣ nobis licentia malum pro malo
reddere. ſꝫ in bono uincere malū ꝑcipimur ut vicꝫ ad
tempus patienter ꝯtumelias aut alias iniurias ſuffe
ramus. aut blande leniterq; reſpondeamus. ne proxi
mum noſtrum pro quo xp̄s precioſum ſanguinem ſu
um fudit. noſtro furore peiorem faciamꝰ qui hoc mō

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

facere diſſimulat grauiter poſtea recompēſabit ī tor/
mentis. Qui neſcit modo tollerare uerba tunc eū ſci
re oportebit tollerare grauiſſima uerbera ⁊ ardores
horrēdos. Nūc igit̄ o uenerabiles ruſtici ac ceteri lai
ci quicunq̄ tam uiri q̄ femine cogitate nūc de pericu
lo dum agit̄ de periculo. pacem diligite in qua deus
habitat ut deꝰ uobiſcū permaneat nec pro uili re tan
tum dominum repellere uelitis. potius iniuriam pro
ipſo patienter accipite q̄ reddatis. conſiderantes ꝙ
ex mutua contentione infinita peccata oriantur. Om/
nibus ergo modis in ſilentio ⁊ pace uitam hanc bre/
uem trāſire ſatagite. condonantes inuicem ſicut ⁊ deꝰ
in xp̄o ꝯdonauit uobis quatenꝰ de pace ad pacē mi
grare mereamini uobiſcū manente deo pacis ⁊ dilecti
onis in cordibus ueſtris. Cui laus eſt ⁊ gloria per in
finita ſecula Amen.

DEcimo debet quilibet fidelis ⁊ timoratꝰ ruſticꝰ
ſollicite ad hoc niti. ut familiam ſuam laudabi
liter regat. quia ut dicit Apoſtolus ad thimotheum.
Qui ſuorum ⁊ maxime domeſticorum curam non ha
bet fidem negauit. ⁊ eſt infideli deterior. Qui ergo pa
treſfamilias ſunt. primo debent ſeipſos inſtituere ne
ſint reprehenſibiles. fidem illibatam uxori ſeruantes
ſobrii prudentes pudici modeſti non violenti non p̄
cuſſores non litigioſi non cupidi nō bilingues. nō tur
pilucrum ſectantes. non inhoneſta. nō maledicta uer/
ba loquentes. non deridentes. ſed compatientes. non
leues ſed legales eſſe ſtudeant. Habeant deinde curā
ſollicitam erga uxores ſuas. vt eas diligant et